Processum eundem Iudiciarium continuandi, et ad debitam Executionis finem perducendi; praemissaque omnia tanquam sua propria ad suos et suorum Successorum quorumvis beneplacitos usufructus, libere, et effectualiter convertendi Iuris praefati Originalis, ea omnia latius in se complectentis praesentique Cessi et transfusi vigore.

1/XII

Feria Quinta in Crastino Festi Sancti Andreae Apostoli Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo

Ratynscy inter se Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Casimirus Ratynski Cancellariae Castri Premysliensis Regens ab una, et Stanislaus Ratynski fratres inter se germani parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et

1274 competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri, ac posteris utriusque partis, se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam, manibus suis Recognoscentium proprijs ab utrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadijs, ligamentis, ac nexibus generaliter universis, firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo, idque sub vadio summae Mille florenorum polonicalium Partem Parti cum Successoribus utriusque partis ob non completionem con-

tentorum

2502

2152

tentorum Intercisa praefata omnium et singulorum, tam in parte quam in toto
53 totiés quotiés opus fuerit ad soluendum succumbendo. Proque quidem
Vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro qualique principali
ex Contentis Intercisa praefata non completa complenda, Citata existens
memorata pars Vna praemissa non tenens, siue eius posteri; ad Instantiam
partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius successorum, Ad
Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliensis, siue etiam Castrense Capitaneale
Prohiciense, ad quod prius ex ipsis Citabitur, Extene recessu suprascripto quo
ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum Luere, Insinscripto
praesenti satisfacere, ac omne Euictionem pati debebit et tenebitur,
seque ac suos successores, ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus.
Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes ex inde Consequentes
Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate propter
causas eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro
maior; minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum seruitio
militari; ad manimentum ad euictorem, vel alijs quibuscunque dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo. Ad Litterationem vltra proximos
Officiorum praefatorum Castrensis Capitanealis Praemysliensis siue etiam Castrensis Capitanealis
Prohiciensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes,
ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per omnes simplicibus
vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione,
ne Terrestri, bello, Conuentioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus
non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo, His suis praesentibus
personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Krzeczkowska seu Pacławska et Ilnicka, atque Krzeczkowscy: Coniuges mutuo inter se Roborat

1274

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensis Nobiles Marina, Nobilis Alexandri Kanowski Cancellarij, Nobili Catherina Ilnicka Czerniowcowa procreata filia, primario olim Illis Basilij Krzeblowski; secundarium vero Nuptiarum olim Nobilis Ioannis Pacławski